donationis sacrificium acceptabile domino deo nostro non dubitamus. Inde est, quod ob venerationem salvatoris nostri Christi et eiusdem sanctę genitricis Marię semper virginis mansum unum in Risen, quem videlicet Hermannus ministerialis noster iure proprietatis possedisse dinoscitur, ex eiusdem peticione simul et venerabilis prepositi Hildibrandi postulatione donationem eandem promoventes deo et ipsius genitrici in Luseniz testamentoria traditione perpetualiter delegamus et rem ipsam, ne quo pravo vacillare queat, ingenio carte commendatam sigilli nostri firmo cauterio consignatam corroboramus. Igitur et testes fideles et idoneos huius consummate nostre largitatis asscribere viros probabiles dignum iudicavimus, quorum scilicet hęc subiecta sunt nomina.

Heremannus palatinus. Godefridus de Dudeleue. Cunimundus et filius eius Cunimundus de Uargala.
Timo de Cuningesdal. Walterus de Nuinburc. (SJ.)
Heinricus de Sulcza. Hugo de Bresnice et alii plures.

Acta sunt hęc anno dominice incarnationis millesimo centessimo octogessimo ii.

471.

Kaiser Friedrich I. nimmt das Hospital zu Altenburg in seinen Schutz und gestattet den Dienstmannen und anderen Leuten des Reiches Güterschenkungen an dasselbe. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie Graf Dedo. **Bei Altenburg, 1183 Jan. 25.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv No. 86. S. an rothseidener Schnur = Heffner V. 33.
Gedr.: Böhmer, Acta imperii sel. 1,135. Stumpf 4351.

— — Huius rei testes sunt. Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Vdo Cycensis episcopus. Martinus Misnensis episcopus. Otto marchio Misnensis. Teodericus marchio de Lusiz. Comes Dedo. Heinricus burcravius de Altimburc. Hugo de Warta. Tiemo de Coldiz. Fridericus de Groyx et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Altimburc, anno domini MCLXXXIII, indictione i, viii. kal. febr.

(S.)

472.

Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Kloster Altenzelle die zwei Hufen in dem bei Isserstädt im Thüringergau gelegenen Dorfe Kötschau, welche demselben der Reichsministerial Heidenreich zugeeignet hat. — Zeugen: Pfalzgraf Hermann, Markgraf Dietrich und dessen Bruder Graf Dedo. **[Altenburg,] 1183 [Jan.].**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 89. S. an Pergamentstreifen = Heffner V. 33.
Gedr.: v. Bünau, Leben K. Friedrich I. 432. Stumpf 4352.
Anm.: Die Urkunde ist wegen Uebereinstimmung der Hälfte der Zeugen mit Stumpf 4351 (No. 471) und laut Angabe unserer Urkunde — in curia apud Altimburc — *im Januar ausgestellt.*

Fridericus dei gratia Romanorum imperator augustus. Quoniam pietate suadente imperatoriam condecet maiestatem claustralium | virorum utilitati providere et cautele